

Cum

VIR EXCELLENTISSIMUS CLARISSIMUS

D. N. M. PETRUS  
SASSIUS

Logices P. P. & Facult. Phil. p. r. Specta-  
bilis DECANUS

RECTORE

MAGNIFICO *Experientissimo Clarissimo*  
Viro, Dn.

PETRO LAUREMBERGIO,  
Phil. & Med. D. ac Poes. P. P.

PROCANCELLARIO

VIRO, *Excellentissimo, Experientissimo Clarissimo*


Dn. JOACHIMO STOCKMANNO,  
Phil. & Med. D. ac Phys. P. P.

*Ad diem 15. Octob. Anno M. DC. XXXV.*

FRANCISCO Müller/ Rostochiensi summos in  
Philosophia honores conferret

*hiscæ gratulabantur*

Dnn. Præceptores, Affines, Fautores ac  
Benivolentes.



ROSTOCHI,

*Litteris Viduæ JOACHIMIPEDANI Acad Typog.*

ANNO M. DC. XXXV.



ogr. er. D.

631,49d

1309.2



**R**oximus ut flammæ fumus solet esse, et resq;  
Corporis umbra sequax: Sic Gloria passibus æquis  
Virtutem insequitur diem, solidæq; coruscas  
Doctrinæ radios, vita & canonina honestæ,  
Quam modò temporibusq; tuis, fronti q; corol-  
lam,

Immarcessibilem gaudent imponere Musæ;  
Varniaci, MULLERI, decus tu, flosq; Lycei,  
Hanc meruit Virtus, meruit Doctrina, labosq;  
Quam Phæbo, atq; novem impendisti huc usq; Deabus.  
Vates verus ero; nec me sententia fallat;  
Hoc tibi Calcar erit: scata hæc, quâ scandere quondam,  
Possis Eusebies sacræ ad divina Theatra.


Petr. Lauremberg Phil. & Med. D.  
Prof. ac p. t. Acad. patriæ Rector.



**N**unc Mollere tibi mentem, hæc conamina grator,  
Quod quæ debebant Musæ tibi præmia honorum,  
Acceptas: sint hæc calcaria, gnæviter ut quod  
Ingressus stadium, porro decurrere pergas.

Johannes Quistorpius D. &  
Theol. Facult. Senior.

Dn.



Aus der

Schloßbibliothek zu Oels

1885

Handwritten text on a piece of paper, possibly a library label or document. The text is faint and mostly illegible due to fading and bleed-through. Some discernible words include "BIBLIOTHEK" and "1881".

*Dn. Francisco Mollero.*

**A** Spera, dura, gravi sunt pervia cuncta *Labori*,  
Invenit & *Virtus*, qua via nulla, viam.  
*Ad decus & laudem* properantem, ingrata moratur  
Sentibus ac scopulis horrida sæpè via.  
Et molles nunquam superabunt culmen *Honoris*,  
Sed datur in donum fortibus ille viris.  
**Q**uod *Honor* ergo tuam, *Francisce*, amplectitur ulnis  
Cervicem, & tertis frons decorata nitet;  
**A**rguit id studium *Virtutis*, vimq; *Laboris*,  
Hisq; *magisterij* te meruisse decus.  
**H**inc ego me meritò gratantibus misceo amicis,  
Subjungens voti vel tria verba loco.  
**P**rofit *Honor* multis: ne degener incola mundi  
Dicare; at de te fama loquarri anus.

*ita ex animo grat.*

Thomas Lindeman. Th. D.

*VIRO PRÆSTANTISSIMO*


**Dn. FRANCISCO MOLLERN, THEOLOGIÆ**  
STUDIOSO *Magisterij* honores gratulatur  
ALBERTUS HEIN. D. ET HIST. PROF.

**R**ostochium ut cingi Mollero tempora lauru  
Vidit & insigni titulo decorarier illum,  
Hac de prole sua sibi gratans dixit, Utroq;  
Gaudeo Mollero, simul hoc, quem nostra Lycea  
Condigno & merito jam nunc dignantur honore,  
Atq; illo, nostris pariter qui natus in oris  
Vivit apud Gallos, reduci cui mitra patata est,  
Hac geminâ & frugi dicam me prole beatum.  
At vos *Molleri* nostræ ornamenta juventæ

A 2

Cre-

Crescite, cū studiis tum virtute & pietate  
Sic vestræ immensum crescet quoq; gloria famæ




In amicitiae & benevolentiae testimonium.

**D**um Franciscæ capis Phæbeæ frondis honorem  
Et capiti aptantur Laureaserta tuo  
Profit honos, late pandat sua brachia Laurus  
Sicq; beet fructu, Teq; tuosq; suo.

L. m. q; scripsi

Joachimus Stockman Phil.  
& Med. D.



Laureæ Magistrali

Dn. FRANCISCI MULLERI,  
affinis mei dilecti his l. m. gra-  
tuloꝝ.

**A**ltius ascendis cum docti culmina Pindi  
Percipiens studiis præmia digna tuis,  
Scilicet æterno quæ ridentserta virore,  
His data, quos Musæ & Phœbus amare solent:  
Chare, meo, affinis te frustra gestio versu  
Atque elegis doctis concelebrare novis.  
Non mihi concessum hoc, quamvis tibi debeo plura  
Musa Aganippeo sic mea fonte caret.  
Sufficiat CLARUM te conciliasse Deabus  
SASSIADEN, Roseis; hoc duce gratus eris.  
Mejuvat interea votis hoc addere votum  
Fausta sit hæc præsens lux tibi, profit honos.


Christianus Schmilow/  
Ph. & Med. D.  
Mulle-



**M**ulleriden, nitidas *lauru Virtutis & Artis*  
*Signo dum decorat dius Apollo comas:*  
En! *Chorus Aonidum* plaudit, bona fata precatur,  
Ad Varnum Phæbo, quæ meret, alma *Cohors:*  
*Vivat Mullerides, Io! vivat Nestoris annos*


Clamat, & amplificet Nomina magna Dei  
*Fausta εὐεσφωνήσεως gratiâ amicâ*  
*manu adprop.*

Georgius. Krugf Philos. & med. D.



**C**um sis promeritus, suavis Mullere, parentum  
Cura, tibi sophiam dat tua Musa tuam:  
Nunc tua res agitur, spartam quam nactus, ut ornes  
Ut tibi tam mens sit candida quam sophia est.

M. Georgius Dasenius,  
Mathematicum P.P.



**P**æana lætum, quisquis es: fragrans novis  
Ros nitescit hortus ille Adonidum.  
Balthico semper viret qui litore  
Pæana mecum, quisquis es. *Lauru sua*  
Fronde, magnus ille noster **SASSIUS**!  
Ille eruditæ dux apex & phosphorus  
Gentis, caput lauru viris dignissimis:  
Et calculum docti merentibus Chori  
Incingit ostensis theatro publico,


Plausum ciete, quotquot estis filii  
Sophiæ sacrae Musisq; consecranei.  
Me vate, grandis fiet his accessio.  
Politiori literaturæ viris.  
His linguarum & artium crescet decus.  
Et cultior Minerya vultus exferet:

A 3

His

His dem scholis & orthodoxæ Ecclesiæ,  
Accrescet indies honos & commodum.  
Hos inter occupas locum non extimum  
FRANCISCÆ, flos native patrij soli,  
Præstana rosa, Magister artium tuis  
Dici meres qui dotibus, qui lauream  
Cum laude gestas dextra nostri SASSII.  
Quam præbet. Euge! floris instar roscidi.  
Sparges odorem porro fragrantissimum.  
Lauri virentis explicabis sic comas;  
Sic Ingeni ditare promptuarium;  
Sic erogare cæteris partas opes  
Perges, ut augmen sentiens uberrimum  
Res gaudeat de hinc tota literataria,  
Majoribusq; tu ferare encomiis.  
Non addo plura: *haut indiget calcaribus*  
*Equus volans per se citatis unguis.*

M. Christianus Michael pastor  
Ecl. Rostochien. ad S. Jacobum.



IN optimis amice chare literis  
fatis bonus, sed haud diu, vigil clues  
& omnibus videntibus, quid hoc die  
honoris in caput tantæ sapientia  
libens volensq; congerat, stupendus es.  
Quis inquit potest tacere? laudibus  
Quis abstinere? namq; mira cernimus.  
Id audens parens tuus, bono omine  
datum fatetur esse filium sibi.  
Egoq; cum silentio loquor mihi  
COLUMNA STIRPIS HIC SUÆ FUTURUS EST.

*Adfini meo dilecto l. m. q. F.*

M. Elias Taddel, Pastor  
Petrinus Rostochl.  
suo




SUO FRANCISCO MULLER, ROSTOCH.  
PHILOS. CANDIDATO.

ET tu Philosophus posthac dicendus Amice,  
Jam qui Philologus non sine laude cluis.  
Maeste bonis studijs! ceptam decurrere metam  
Perge Sacri studij Sic mihi major eris.

*ὁλοκαρδίως precatur*

M. Andreas Calovius, Porussus.



TECTA molendini fudiens πάλφιτα nunquam  
Venerit: hinc certum, qui molit, ille capit.

Tu Müllere diu lepidè moluisse videris,  
Cum monstrent operas πάλφιτα parta tuas.

Inclytus idcirco gratando πάλφιτα Phæbus  
Ex Daphnone tibi laurea ferta parat.

In super acclamat, juvenes apponite fruges,  
Hic molitor meus est, Varnius hic molitor.

Res Phæbi gestas laudo Müllere, vovendo  
Corditus, ut vireant laurea ferta diu.

Deproperabam

M. Joh. Löselius, Poruss.



Præstantissimo atq; Eximie Docto,

DN.

M. FRANCISCO MOLLERN, Fau-  
tori & Amico suo ætatem honorando, de novis  
Magisterij honoribus gratulatur.

PERIDUM rivos demum gustabis, Amice,  
Ante sitim sacris relectans è fontibus? Inquis:

Conve

Convenit humanas sacris postponere rebus.  
Ergo manent merito Sophiæ te præmia, dico,  
Dia prior quoniam fuerat sapientia cordi.  
Uttere iis, voveo, Felix, nec plura precabor.

Johannes Georgius, Brimmer. Arg. Assat.



SI qui honores, ingenij & laborum  
Præmium dignum, Juvenes adepti,  
Hosce parvassum superasse montem  
ritè jocamur,  
Ast quibus tanti superanda montis  
Sint modis prærupta juga, explicare  
Velle, idem, credo, facere est, velut si  
quærere vellem:

Quæ sit huic nostræ similis calore  
Ora, quam certis vicibus petatq;  
Ales & crebrò repetat, qui hyberni est  
frigoris exul.

Non ego nunc quâ ratione, Amice,  
Ambigo, montem superaris, undas  
Sufficit, Te Castalij bibisse  
fontis amænas:

Quin Sacros fontes pariter potasti.  
Unde nostrorum placito Sophorum  
Digni honores jam tibi conferuntur,  
Nec sine laude.

Næ! beatum Te, Sapientiam qui  
Jungis humanam simul atq; Diam,  
Judico, atq; una voveo fruaris  
prosper utraq;  
Honoris & faustæ acclamationis ergo f.


Joachimus Prætorius Stetinensis.

Mullero

Müllero suo.

**L** Atè Pega-seo patent Senatu  
Jam delubra scientiæ verenda,  
Suspenditq; Minervium roseti  
Victrices foribus suæ Minervæ  
Rursus laureolas, Amice Tuq;  
Qui virtutè solum polis paternum  
Inter conspiciende eos triumphos  
Mox procedis ovans, & annuente  
Phœbô, proveheris, novisq; signas  
Annum insignibus. Ordini at Sophorum  
Te non indecorem inferis, dolebit  
Nec quidquam, veniente te Lyceum:  
Nam per grandia tute quæq; rerum,  
Per naturæ obices profundioris  
Et per quidquid ubiq; mens acuta,  
Unquam scire potest, recusat aut quod  
Ignorare, sagacitate mirâ,  
Laudum vadis iter. proinde lauros,  
Æternas Sidoniâ benigna Pallas.

Georg. Gûlich Megapol.



**D**um te dignus honor fugientem denuo, Amice,  
Insequitur, merito non fugis ulterius.  
Quippe velut nimios nimium turpe esset honores  
Venari: Sic fas est meritos petere.  
Namq; tibi collatus honos, mercesq; laborum  
Vere est, sunt vegeti præmiaq; ingenij.  
Quo posthac prosper sospesq; fruare, Jehovah  
Fautorem precor, ac ad meliora ducem.

Constantinus Marstallat

Stet. Pom.

B

Ode

Ode tricolos tetraastrophos vestigiis Hora-  
tij insilens

Ad

*Præstantissimum & longè doctissimum*

Dn. FRANCISCUM MÜLLERUM Amicum  
in modum fratris charissimum.

*Cum ei optimò suò meritò in Alma Rosarum insignia & jura do-  
ctoralia in Philosophia conferebantur.*

**M**Unus micanti marmore conditum  
Et ære firmo ferre frequens solet  
Laudi canendas res gerentium  
Turba bonos cupiens vigere.  
Nam constat altas ponere plurimos  
Moles, decenter facta nepotibus  
Seris locuturas, ut inde  
Lumine perpetuum coruscent.  
At non Idæi munera marmoris,  
*Müllere*, do; non æra sodalibus:  
Nec grata fortium *Pelagum*  
Præmia ceu tripodas itupendos,  
Nec te juvarent pessima munerum,  
Quamvis peritus dicerer artium,  
Quas mente protulit sagaci  
*Parrhasius docilis Scopasq;*  
Durante saxo noverat hic probè,  
Solers liquatis ille coloribus,  
*Narrante sic Flacco*, Deum nunc  
Ponere nunc hominem venustum.  
Non tanta cessit vis mihi, neu tibi  
Addictus illis deliciis animus.

Quin

Quin sumptuosus exolevit  
Talia mos temerè ferendi:  
Relinquis & tu sponte quidem tua,  
Qui præstit erunt grande crebrò manu  
Vincendo fortes, dando regna  
Militibus. Nihil hoc placebit.  
Carmen placebit: carmina possumus  
Donare, quamvis laude minora sint,  
Nec fortè digna, quæ politus  
Inspiciat pretium dicare.  
Quicquid sit autem, vera fateberis;  
Sit charta vilis; facta celebria  
Laudare novit æviternum,  
Plus reliquis: taceant rebelles.  
Incisa signis marmora publicis,  
Per quæ regressu vita redit citò  
Demortuis, monstrare nunquam  
Clarius, ac potuere metra.  
Si charta celet, quod mereas benè,  
Mercede nulla vixeris. Ipsemet  
*Apollo* quid, si obstaret algens  
Vis merito taciturnitatis?  
Virtus, favorq; & lingua *potentium*  
*Natum* beatis consecrat *Insulis*  
Vel *Dædali* (sic ars placebat)  
Ingenium lepidumq; pectus.  
Paucis: merentem *Musa* vetat mori;  
Beat præalto culmine siderum &  
*Feretrij* *Musa* interesse  
Præcipuos epulis laborat.


Sic jam superstes vita datur tibi,  
Mullere, nomen quòd Polyhymniæ  
Honore clarens tam probetur.

Præcipit, ut tua laus perennet;  
Non hostium quòd truseris impetus,  
Non quòd celebris divitiis cluas:  
Non. Sunt enim sævi illa Martis;  
Mercurialibus hæc relinquis.

Sed quòd retrudas artibus inscios  
Et octo linguis cor locuples geras.  
Hæc, hæc bearunt te, moriq;  
Laurea nexa virum vetabit.

Scripta à

Matthia Velhavero  
Demmino-Pom.



**N**unc redit in Sextum Titan circumvagus annum,  
Mutuo quo nobis noti *Franciscæ* dabamur.  
Intèrea quoties, inter nos, mente revolyo  
Fædus amicitix, collatus sæpe loquelas.  
Non possum, dulci quin te complectar amore,  
Te, quem commendant virtuti s semina, vitæ  
Integritas, nomen veræ pietatis & artis.  
Quare te in patrio, Cuncto plaudente, Lyceo  
Condecorat lauru meritâ cum laude Minerva.  
Hoc tibi congrator partum virtute brabejon.  
Perge tuum cæptum *Mullere* perite Magister  
Ac tua florebit spaciosum fama per Orbem.

Deb. gratul.

Ergò amico suo integerrimo  
prop. f.


Samuel Schermerus.

Splen-

*S*plendida nunc laudis dantur Francisce brabeja  
Quæ labor & virtus, promeruere tibi  
Gratulor hunc titulum: Salveto novelle Magister.  
Te regat in postum, cura secunda Dei.

*In nunquam interiturae amicitiae fœdus gratulabun-  
dæ paucula hæc adjecit.*

Heinrich Krause/ L.L. St.




*V*erum est: à multis hodiè peccatur homullis,  
Dum nimium arripitur maximi honoris apex.

Quos tamen haud ullo dignos censeret honore  
Ipsa Minerva quidem fortè rogata semel.  
Sed tu peccasses nimium, Mullere, profectò  
Artibus & linguis oppido utrinq; valens,  
Ni sic peccasses hodie, decus atq; rogasses  
Grande Magisterij dignus honore tui.  
Mactè ergo virtute tua sic pergito felix,  
Laudibus ac nomen magnificato tuum.

Faustæ gratulationis Ergo apposuit.

Matthias Nicolai Pomeran<sup>9</sup>.




*S*cilicet hæc meruit tua virtus puncta Magistri,  
Gratulor, & laudes fama loquatur anus.

Suo Mollero

*Paucula hæcce honoris & amicitia ergò app.*

Matthias Nicolai, Holsat.




*Q*uem Parnassiacis Pallas nutrit in antris  
jussit & à teneris invigilare libris,

B 3

Fronde

Fronde Magistrali redimitur tempora, Muller  
& phæbi nutis laurea ferta capit.  
Sic comitatur honor doctrinam, dona laborem,  
umbra comes veluti corporis esse solet.  
Flos generose virum Musarum sedule cultor  
perge ita, dona brevi nobiliora feres.  
Floreat hæc laurus, marcescat tempore nullo  
Quod breviter voveo, dulcis amice, tibi.

Johannes Florwel.



*In summam Philosophiæ Lauream*

Humauiff. Dn. FRANCISCI MOLLERI, Ro-  
stochiensis 15. Octobr. 1635. ipsi collatam.

**D**ivitias dites habeant sibi, Regnaq; Reges,  
Istas multifidas : hæcce casura scio.  
*Artes*, quæis regitur Schola, Curia, Templâ, domusq;  
Divitiæ veræ, deliciæq; meæ.  
Hæc, MOLLERE, tuis verba infedisse labellis  
Aurea doctiloquis lux hodierna probat.  
Namq; *Magisterij* decus & fax fidere fausto  
Luce hæc accedit non moritura tibi.  
Sacra peregrinis memoras tu dogmata genti  
Linguis sacratæ : corde litasq; DEO.  
Te pia Cecropiæ veneratur turba Minervæ  
Te templis populus, te  $\sigma\phi\theta$  omnis amat.  
Næ felix cui sic *Virtus*, *Ars*, plurima rerum  
Cognitio tribuit jura *Magisterij*!  
*Cætera mortis erunt: est Daphne sola perennis*  
Hæc te immortalẽ reddere sola cupit.  
Ergo tuo gaude, frater Charissime, honore,  
Quem beæ Alma Salus : sic penus uber erit.

*Sincere gratulationis & intemerati affectus ergo suo favori  
& Amico fraternè dilecto adplaud.*

Ulricus Bertram, Ultzensis,  
Philater.

Ut



**U**T succedat honor faustè Franciscæ Magister  
Quem conferunt Musæ tibi solenniter.  
*pectore & ore precor.*

Vincentius Blucher  
Nob. Pom.

**I**mprobus, ecce, labor qui nocte dieq<sub>3</sub> studendo  
Te torsit MULLER, tribuente intempora linguis  
Multa sacris, quod idem testatur publica fama.  
Tu namq<sub>3</sub> Ebræa & junxisti Græca Latinis  
Et Syrum & Chaldæum Arabumq<sub>3</sub> imitaris in ore os,  
Et Doctas artes conjunctas moribus aptis ;  
Queis quoniam studiis tu tempora multa dedisti,  
Assume huncce gradum quem ex pectore gratulor; inq<sub>3</sub> his  
Si studiis pergas te major honosq<sub>3</sub> sequetur,  
Pergere perge tuis non absq<sub>3</sub> labore vigilq<sub>3</sub>  
Sic studiis ornans patriam meliore talento,  
Gloria ut inde Dei celebretur, Jovaq<sub>3</sub> faxit !

Sic vovet

Trugillus Dieterich / Aslojå-  
Norweg.

Ad Dn. Franciscum Müllern.

**D**Ebeo multa tibi: & semper debere fatebor,  
Lucida dum volvet lucidus astra polus.  
Ast nunc, pauca dabo! paucis natura quiescit,  
Quandoquidem & paucis, pondus inesse solet.  
De Lauru gratior vigeas Möllere Magister,  
Et me dimidium Cordis amato, doce.

Jacobus Neuenkirchen Ancla-  
mensis Pomer.

Egreg

*E*Gregium decus Aonia Mullere catervæ  
Musarum, & glaucæ dulcis ocellæ Deæ,  
Magnus quem Deus & melior natura beavit,  
Eximio ingenio iudicioq; bono,  
Qui calles Ebrææ, tenes chaldæa, syrisq;  
Æmulus es, nôsti Cecropiosq; sales,  
Nunc ob virtutem multo quæ parta labore est,  
Doctinam & variam quæ studio assiduo,  
Serta Magistræ merito cui dantur honoris,  
Aureis & digitis annulus inseritur,  
Vellem equidem celebrare tuæ præconia famæ,  
Et promptè in laudes luxuriare tuas,  
Paucula sed nimium mihi parcus Apollo ministrat  
Carmina Castalij nec bibo fontis aquas,  
Ergo præsentem quæso ne despice versus  
Et cape vota, recens ut tibi profit honor.

Amico & fantori suo plurimum colendo  
gratulabundus apposuit

Elias Bartholinus Norweg.

*N*on tibi contabo laudes, Mullere dilecte,  
Dum tibi pro meritis jam munera tradit Apollo,  
Namq; alij hoc præstant, dum publica vota ferentes,  
Te jam præsentem proclamant ore Magistrum:  
Sed tantum paucis hæc tradam paucula vota  
Scilicet ut valeas multos per Nestoris annos,  
Sisq; decus patriæ, sis solamenq; parenti.  
Hæc mea mens optat, Christus mea vota secundet.

Quæ paucula faustæ acclamationis G. amico suo  
dilecto apponere voluit

Daniel Oldendorff/ Ulsâ-Lunéb.

Multis



**M**ultis multa placent, ducit sua quemq; voluptas;  
Non una mens est omnibus.

Artibus invigilare bonis non omnibus ardor  
Idem est, eademve industria.

Multos dementat Bacchus, vacuare libido est  
Queis plena vino pocula.

Multos excæcat penitus Venus improba, sic &  
Trahit Vacuna plurimos.

Multos Plutus iners quoq; circumducit, ut aurum  
Opesq; quærant unice

Multi aliis inhiant vitiis; Virtutis at optant  
Obire pauci munia

Ingenuas etiam didicisse fideliter artes  
Pauci student hoc tempore.

Attamen interea cultores optima Virtus  
Et Ars coronant præmiis

Namq; pudor vitij; Verum Virtutis & Artis  
Honor comes certissimus.

En, tu Virtutis cultor, FRANCISCE, fuisti  
Hucusq; gnarus aureæ;

Sedulitate acri voluisti scripta Sophorum,  
Sectatus artes liberas;

Traduxti insomnem totam sæpissime noctem  
Linguas colendo plurimas;

Tu multas terras, varias urbesq; videndo  
Scientiam auxisti tuam;

Desidiam fugiens, omni molimine mentis  
Opes parasti nobiles.

C

Ergo

*Ergo brava tibi jam dantur, præmia tanti  
Tui laboris accipis  
Dignum solenni Sapientum quando Senatus  
Ritu MAGISTRUM te creat.  
Gratulor ex animò, applaudo meritò, & mea votis  
Adjungo vota cæteris:  
Hunc tibi Lovæ tuum felicem summus honorem  
Faciatur, titulumq; prosperum,  
Nec non ingenij divino Flamine dotes  
Posthac benignè adaugeat;  
Nomine quò possis tandem majore vocari,  
Sacri labores quod dabunt.  
Vive diu, semperq; tuum, FRANCISCE MAGISTER,  
Nomen decusq; floreat.*

Ita animitus gratul.

Matthæus Marci Colberg.



**P**Luria conscribant, quibus otia fecit Apollo,  
Et dedit Aoniam Calliopeja lyram.  
Ornant dum titulo te docta Lycea Magistri  
MÜLLERE, & studiis præmia digna ferunt,  
Fata secunda precor, condigno grator honori,  
Quem dotes animi promeruerè tibi.  
Optans ut duret, dum pascet sidera cælum,  
Ingenio & genio gloria parta tuo.

Henricus Meyer Wismar.  
Megapol.

Com-



*Commemorem causas cur es, FRANCISCE, secundus*

*Nulli, virtutum qui debita præmia poscunt?*

*Longam virtutum seriem? sapientia quas vult  
Ambages? satis hic rerum fastigia tangi.*

*Grajugenum gazas, possessaq; summa Syrorum,  
Quasq; superbus opes numerat Latialis amœnas  
Iupiter, intactos Arabum (gens Invida doctis)  
Thesaurus, quibus est melior sententia menti,  
Expedites fando, non intentata relinquis  
Nomina, queis Regi paries votiva tremebat.  
Hinc benè parva tibi, tot jam labentibus annis  
Virtus, Accipiter magnorum semper honorum,  
Et quâ cantandus per acuta cacumina vadis,  
Est mihi mente bona, parvo licet ore sonanda.*

*Persequar ergò tuos sophicæ gravitatis honores?  
Nomina magna quidem, sed respondentia parvis  
Rebus: majus habe Demosthenis ora superba  
Flectere, nec Sophia, sine Numine, fidere magnæ:  
Gloria nec minor est, Epicurus Horatius aures  
Præbeat immensum Domino, qui providus, orbem  
Dirigit, & verbo; pietas sua fœdera servet.*

*Hæc felix tentas, nec sunt non obvia Marti  
Cuncta scienda tuo! sed dum facis ipse sequaces  
Ire per exemplum, cælo spectabere sidus.*

*In honorem Dn. Contubernalis, Conviçtoris  
& amici colendi amicè fecit*

*Petrus Hermannides Hafn-Dan.*

*C 2*

*Fran-*



Franciscus Molerus

*ἀναγραμματικὸς εἰς*

Narcissum fers luco

**O**rnant ut campum varii cum gramine flores,  
Fertilis & terræ gloria læta seges:  
Condecorant flores, vir præstantissime, sic te,  
Quos tibi linguarum, Pallas amica dedit.  
Græcia quos novit, Latium quos possidet ipsum,  
Quos Arabum campus, Syria quosq; tulit,  
Ebræa & Chaldæa ferax uligine tellus,  
Quos svaveis unqvam protulit ipsa Deo:  
Hos tibi collectos porrexit Divus Apollo,  
Gnavus quod fueris Aonidum socius.  
Hi tibi dant hortum flores, hos mittit in altum,  
Hunc lucum Divum jure vocare potes.  
Et spatia in spinis Sophiæ dum conficis, eja!  
*Narcissum* carpis, cui quoq; numen inest,  
*Fersq;* domum lætus, *luco* tradatur ut ille,  
Flos gratus Musis, scitus, odore valens.  
Narcissus Sophiæ doctis flos; jura Magistri  
Optima perdocti, dat tibi jure suo.  
Te gradus & titulus decorat, FRANCISCE, Magistri;  
Teq; inter doctos. doctus Apollo locat.  
Hinc te magnificis extollo laudibus; & quod  
Hoc tangas culmen, gratulor ipse tibi.

*τῆς φιλοπότητος καὶ εὐφημίας ἕνεκεν. f.*

Joannes Bernhardi f. Falencampius  
Cimbro-Danus.


*Te*



**T**E MULLERE canit Phæbus, te laudat Apollo,  
 Te redamant Musæ, te summus Jovæ tuetur,  
 Nam candore nites vero, virtuteq; verâ,  
 Doctrinâ fulges sanâ, pietate fideq;  
 Atq; tenes mandata Dei imo corde repostâ.  
 Hinc tibi debentur meritò præconia laudum,  
 Nestoreamq; nec indignus traducere vitam.

Honoris nec non amoris ergo hæc paucula  
 apponere voluit


Joannes Protzenius, Ruppinen-  
 sis Marchicus.



*Logogriphus*

**M**erces, dimidium si collas, pulcra laborum est;  
 Contra si ponas en venit ipse dator  
 Hac dum mactatur tua cura laborq; MULERE  
 Exopto cæptis fata secunda tuis.

David Schwarzkopff /  
 Witstochio - Marchita



**M**usarum non vile decus, speculumvè Minervæ  
 MULLERUM vocitans, dixerit ex tripode:  
 Quid causæ? nescit virtus latitare tenebris  
 Vertice sublimi sidera summa ferit.

Namq̄ hic à teneris didicisse fideliter artes  
Exitus id felix satq̄ superq̄ probat.  
Non igitur Charites huic concessère latentem  
Vitam, hunc obscurum nec voluère virum,  
Nanciscatur aves meliores undiq̄ Musæ  
Acclamant, hodie ritè Magister eris.  
Dignus enim es, dicunt, Academia nostra Magistrum,  
Quem creet, & tradat dona magisterij.  
Ergo & ego ex animo meritos tibi grator honores,  
Ut cœptum summus sospitet ipse Deus.

Faustæ gratulationis ergo  
approperabat

Christianus Præzelius.



**N**on sperare potest largam moderator aratri  
Messem, nî justo sua vertat jugera tauris  
Tempore, & inspergat telluris semina sulcis,  
Et semper varios animo durosq̄ labores  
Æquo suscipiat. Pariter studiosa juvenus,  
Non dulces poterit Musarum corpore fructus,  
Pieridum studijs teneros nî destinet annos,  
Atq̄; graves toleret constanti mente labores.  
Quod, juvenis virtute gravis Mollere, revolvens  
Mente tuâ, Aonio sudasti semper in agro,  
Sparsisti & teneris fœcundum semen ab annis  
Cecropij dulces chartas noctesq̄; diesq̄;  
Invisendo, animo durosq̄; ferendo labores.

Ergo



Ergo Novem sublimè decus Mollere sororum  
Jam sapidos fructus habitorum carpe laborum.  
Varniades Musæ viridi de fronde corollam  
Formavère, tui quam promeruère labores,  
Hanc cape, nam tali te dignum cenfèt Apollo.  
Hinc meritò grator, queis jam dignaris, honores,  
Atq; precor sacrosancta Trias fortunet eosdem,  
Et tandem æternis tua cingat tempora fertis.

*Faustæ congratulationis  
ergò f.*

Casparus Close Wernigerodensis  
Cheruscus.



**D**um vacuant alij spumantia pocla Lyæo,  
Oreq; pestifero dispergunt semina litis,  
Dumq; alii Veneris sectantur mollia castra  
Virtutis Studium vili vix asse putantes:  
Tu FRANCISCE cales veræ pietatis amore,  
Assiduaq; manu doctorum scripta revolvis.  
Pro sudore tuo sed quænam præmia dantur?  
Ecce tuo fertum contextum è fronde virenti  
Imponit capiti Musarum læta caterva.  
Præmia tanta manent sectantes castra Minervæ.  
Ergò tibi grator titulum nomenq; Magistri,  
Atq; tuis cæptis animo precor omnia fausta.

Joachimus Crusius, Kyri-  
censis March.

O mi-



O mihi si doctæ, faciles promptæq; Camænæ,  
Famam quàm velle m nunc celebrare tuam!  
Ast quia rara fuit pangendi carmina vena,  
Nec possum laudes, sat celebrare, tuas.  
E silicis citius venis expressero lymphas,  
Quam te pro merito vatis honore canam.  
Vos Heliconiades, Musarum, imploro, Sorores,  
Mecum lætitiæ, pectore signa date.  
Quis, FRANCISCÈ meas, rumor pervenit ad aures,  
Serta Magisterij laurea missa tibi?  
Dic MULLERE mihi, tibi quis connexerit illa?  
Dic mihi num Musæ? quis rogo struxit ea?  
Ars tibi & ingenium pepererunt munera tanta,  
Ars tibi & ingenium, digna ΒεαΒεα ferunt:  
Solem v el citius tollat, qui præmia demit  
Virtuti, & sertum denegat emerito.  
O felix nimium donant cui præmia tanta,  
Pallas, Apollo simul, Jupiter atq; Themis!  
Non igitur MULLERE tibi nunc fausta canamus  
Carmina? psallamus non tibi rite lyra?  
Queis MULLERE canam? confundor laudibus hisce  
O nimis Ingenij Cymba gravanda mei!  
Siste Camæna gradum, Fungaris honoribus istis  
Quos nec Apollo quidem denegat ipse tibi.  
Det pater astripotens felices currere cursus,  
Hoc mea verba sonant, hoc mea vota rogant.

*Ita*

Honoris & amoris ergo Dn. populari ac amico suo,  
candide gratulabatur

*Matthias Vatkus, Neobrand. Megap.*



Τέκτονες, ὡσπερ, ὅταν, μέγαρον πῆσασσι θαητὸν,  
εὐτειχεῖ κίονας χρυσοῖς ἰσᾶσι περιθύρω.  
ἔτως καὶ συ πῶν σοφίας θαλαμον πανάρισον,  
φίλτρατε κηδεσὴ ἀνέρων ζηλωτὰ κυδίσιων,  
τεύξας, ποικίλοις κροσμοῖς ἀναθήμασιν αὐτὸν.  
ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν γὰρ πολλὰ ἰδρῶν ἐμόγησας,  
Γλώσσων τ' ἀλλοτρίων συνέχεις θησαυρὸν ἀγαυόν,  
ὦ κλυτῆς σοφίας μέγαρον πείσεμονον ἀγάλλεις.  
Πῶς γὰρ ἐκ φεύξοις ὕμνευεν, εἰ μόνον ἔτ'  
δρκεῖ τὰ κύδει, τὸ παις ἀρεταῖσιν ἔπιμον.  
οἶδα ἔγωγε σαφῶς, καὶ ἐπευφημῶσιν ἑταίροι,  
τὸν ποδὰ ἐν τρίτῳ πεδίλῳ εὐδαίμονα ἴχαις  
καὶ σέφανον δάφνης κεφαλή σέο ἔς' ἑπιτηδῆς.  
Ἄλλ' ἐπέων παύω, ἑπιβάλλων τὰς δύο εὐχὰς.  
Δὸς θεὸς ὑψιμέδων πανυπέστρατε καὶ ἐλεήμων,  
τὸν δαφνισέφανον δαιδάλλειν παλῆδα γαῖαν.  
Δὸς θεὸς εἰρήνην πῖλεμον πολύαιμον ἀμύνε.


Novi honoris E.

*Eximæ eruditionis Viro, Dn. F. M.,  
Affini suo dilecto.*

L. M. Q.

*hæc dabat.*

Bernhard. Taddel. Rost.



U<sup>T</sup> bella miles diligit & fovet,  
Gaudetq; sævus Mars ubi classicum  
D


Callosa

Inflare cœpit, dulce sperans  
Ferre acie spolium cruentâ.  
Callosa sulcos agricolæ manus  
Ut ducit unco vomere, & asperat  
Glebas ligone versat, arvum us  
Frugiferum faciat labore,  
Ut nauta Syrtes, nec rabiem timet  
Pontj sonantis, nec scopulos graves  
Formidat, & spe lucri amoeni  
Interitum petit imminentem.  
Sic tu es sequutus Pieridum choros,  
Et militasti non sine gloria  
Francisce, chartis palluisti  
Assiduò, vatiòs revolvens  
Dextrâ libellos, qui studijs tuis  
Splendorem apertum protinus adderet,  
Sanctasq; linguas curiolè  
A tenero es meditatus ungui.  
Hinc jam virentes tempora vestiunt  
Lauri, coronatq; annulus indicem, &  
Clari tuum nomen Magistri  
Jam titulo decoratur alto.  
Salve ergo phœbi laurigeri cliens,  
Musisq; clarum Mœonijs decus,  
Salve, tuus crescatq; laurus  
Floreat & vigeat per annos.

*Ita Doctiss. Dn. affini | Magisterij gra-  
dum capeffenti gr.*

Ludovicus Brune.

*Nota*



**N**ON cuius hominū facile contingit adire  
VIRTUTEM, multo studio & sudore paratur,  
Est VIA difficilis, primum quæ ducit ad illam,  
Ardua, sudoris crebri quoq; plena laboris,  
Idcirco multi sistunt, non sine potiti:  
Tu verò postquam tendisti ad culmen honoris,  
Nunquam desperas, tangisq; cacumina VICTOR,  
Jam tibi fit mollis VIA, quæ fuit aspera primò,  
Cum studio Doctas tibi conquiveris artes.  
Hinc hodiernā tibi meritò lux præmia donat,  
Phæbus & accingit capiti nunc laureaserta,  
VARNIADES MUSÆ tribuunt nomenq; MAGISTRI,  
Illud sit faustum, precor & tibi gloria crescat.

Ita, Dn. affini meo L. M. Q. novos  
honores gratul.

Elias Holdorff.



**F**RANCISCUM Monachi tollunt ad sydera vatem;  
Credula quod cleris scripserit acta viris:  
Laudibus & vehitur Molitur velut alter Apollo,  
Quod Cereris saxo munera farra terat:  
Pythagoræ laus est Sophiæ permagna Magistri,  
Quod juvenum studijs pectora plena dedit.  
Hic mihi FRANCISCUS potius superæstra locandus,  
Qui mihi vivendi dogmata iusta tulit.

Hic

Hic quoq; MULLERI merito cognomine dignus,  
Namq; alijs Phœbi semina docta terit.  
Hic mihi pythagoras non uno jure vocandus,  
Nam mea corda bonis artibus aucta dedit.  
Hoc DEUS, hoc Roseum cernens pietatis Asylum,  
Decrevit pio contribuissē viro  
Præmia, quæ Macedo, quæ Cæsar gessit in urbe  
Julius Aufoniâ, quæ caput orbis erat.  
Maçte novis titulis MULLER, sic itur ad astra,  
Fac pietate geras; Cœsare major eris.

*Hafniâ mittebat in honorem Dn. Fautoris & Præceptoris sui maximoperè colendi*

**Henricus Motzfeldius,**  
Hafninnsis.



*Biogr. erud. D 1631, 49 d*